



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sanctis Timotheo [et] polio et euty chius martyribus. Cap[itulum]. xxviiij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

Spiritus confessor
vir domini apud nuceriam inclusus
ferro ad carnes acciutus cori re-
poze modico pane et dactylis ve-
seebatur: in quadragesima nono solis

radicibus herbarum vrebatur: ut de eo scripsit pau-
lus longobardorum hystorographus lib. iij. hic
spiritu prophetico dotatus aduentum longobardorum
longe ante predictit. Quos cum adesse cognosce-
ret: omnes fratres suos emittens solus remansit: longo-
bardum vero ferocissimum ad locum venientes. et ut
intrarent aditum querentes: sed minime inuenire
valentes ascenso recto descenderet ad virum dei.
Quem ut ferro vincitum reperit: existimauerunt
eum esse reum aliquem ibidem ex culpa reclusum.
Sed cum ipsum vnus eorum gladio ferire veller
brachium sibi arefactum est. Qui mox ut ventum
percepit secus eius illico sanauit: et uersum ad christum
monachum fecit. Qui etiam uerbum domini longobardis
predicans plures ex eis deo domino acquisiuit.
Quiescit in pace. xij. kalen. iunij.

De sanctis Timotheo et eury-
chius martyribus. **Cap. xxviii.**

Timotheus: polius:
et eurychus martyres apud mauri-
taniam cesariensem. passi sunt. Qui in
prefata regione uerbum domini uindicis
diffeminantes glorioso martyrio pariter corona-
ri meruerunt. xij. kalen. iunij: ut ait Aldo in mar-
tyologio a hieronymo sumpto.

De sancta Iulia regine et martyre. **Cap. xxix.**



Iuliana uirgo
et marty: ex ciuitate
cartaginei. cum
dicta urbs captar

subuersa fuisset: captiua dus-
ta fuit: que foris cum alijs
co-captiuis deuenit in seruitu-
tem cuiusdam eusebii gentilis
nobilitis palestini: cui diligenti-
tissime famulabatur spacio quo
poterat ieiunij et orationibus vacas. Eumque dominus
eius quibus christianam ob eius gratum seruitium dili-
gebat. Eum autem ad gallias cum mercibus ten-
deret et in capite corthice cum nauis applicuisset:
ancillamque secum deduxisset: cogit in ipso loco
gentiles dominus suis solentia celebrare. Et dum tam-
naute quam nauigantes cum incolis insule ad sa-
crificia deorum accederent: sola iuliana remansit
in nauis. Comperto que christiana esset felix qui-
dam tribunus petiit ab eusebio ancillam eius. pro
quattuor ex suis commutari: ad hoc solum ut eas
sacrificare compelleret. Quod cum ille propter
eius gratum seruitium omnimode recusaret: int-
ro co-uiso naute ex industria eusebium inebria-
runt. Quo dormitante iuliam rapiunt: et sacrifi-

care nolentes alapis cedunt: crucibus torquent:
et dudum flagellant: tandem crucifixum confite-
tem cruci configunt: ubi post mortuam spiritus
emissit. xi. kalen. iunij. Monachi autem quidam
qui in insula marmarica que vulgo gorgona di-
citur habitabant diuina reuelatione moniti na-
uem ascendentes corthicam deueniunt: et cor-
pus martyris christi tollentes. celerrime redie-
runt: et in eorum insula sepeluerunt: quod tamen
processu temporis athena regina pro desiderio longo-
bardorum regis inde hancam transtulit: et in
monasterio eius nomini fabricato honorifice
collocauit.

De sanctis Lasso et Emilio mar-
tyribus. **Cap. xxx.**



Emilio et Lasso

martyres in apulica passi sunt.
Qui ut scribit beatus Lypria-
nus libro de lapsis propter uer-
bi fidei confessiones per ignem
conflagrati passionis martyrium
consumauerunt. xi. kalen. iunij.

De sancto Desiderio episcopo et socijs
martyribus. **Cap. xxxi.**



Desiderius

episcopus lin-
gonens. tempo-
ribus honori-
theodosij impe-
ratorum martyrium passus est.
Nam dum vandali lingonens.
ciuitatem dudum obsessam des-
bellarentur. Sanctus episco-
pus murum ascendens pro suo
grege clementiam postulabat. Vandali vero ur-
bem intrantes: et multitudinem ciuium christum
confitentium trucidantes: episcopum in ecclesia
pro populo orantem reperientes ceperunt: et suo
duci nomine cresco presentauerunt. Qui cum se
libentissime morti obtulisset: dum illi residuo
populi parcere uellent: eductus ex urbe decola-
latur: nulla propter hoc erga gregem misericor-
dia peccatis exigentibus exhibita. Eum autem
spiculator episcopi portam urbis intrare uel-
let: capite illiso mox exspirauit. Statimque saxis
irruentibus ianua adeo obstruitur: ut nulli de-
inceps per ipsam aditus patere posset in testi-
monium martyris christi nulli licere ostendens
ut per ianua illam intraret paganus: unde
sanctus episcopus extuerat decollandus. Dum
etiam ipse gladiator christi martyrem percuss-
isset in libro diuino ibidem aperto sanguinis
nonnullae gutte stillantes plura foras perfora-
runt litteris omnino illicis: qui usque hodie in testi-
monium conseruatur miraculi. Sed paulo post
Erascus in ciuitate arclateni a suis captus et
hostibus traditus crudeli nece preemptus est.